

PRÆFATIO

Huc
cōpel-
lunt i.
cōmi-
natio-
nes cō-
tra teu-
tantes
Deū.
a. præ-
ceptio-
nes de
sūmā
eimēdi
Deum.

Rom.
14.17.
18.

Gal.6.
15.16.
6.5.6.

4. Huc nos compellunt necessariò, tum
anathemata in eos dicta qui aliud euangelium
annunciant, & addere aliquid vel detrabere verbo
Dei audent: Gal.1.8.9. Apoc.22.1.8.19. Pr.30.5.6.
&c. tum aphorismi breves, quibus Scriptura
passim salutem nostram definire solet. Ut
1. Tim.1.5. & s. Finis præcepti est charitas de corde pu-
ro, & conscientia bonâ, & fide non fictâ. A quibus
quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium.
&c. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quòd
Christus Iesus venit in mundum, peccatores salvos
facere. Hoc præceptum commendo tibi; ut milites
in illo bonam militiam: habens fidem & bonam con-
scientiam; quam quidam repellentes, circa fidem nau-
fragaverunt. Non est enim regnum Dei esca &
potus, (& quicquam adeo illarum rerum,
quæ in hypocritis æquè ac in verè fidelibus
Dei filiis esse possunt) sed justitia, & pax, &
gaudium in Spiritu Sancto. Qui in his servit Chri-
sto; placet Deo, & probatus est hominibus, In Christo
Iesu enim neque circumcisio aliquid valet, neque præ-
putium: sed nova creatura, seu fides per charitatem
efficax. Et quicumq; hanc regulam secuti fuerint:
pax super illos, & misericordia; & super Israel Dei.

5. Et ne omnino vel in re necessariò cre-
dendâ, vel in fidei veritate & efficaciâ per cha-
ritatem sinceram exerendâ & agnoscendâ a-
berrare possemus; per orationem ipsam
quotidianam hæc perpetuò in ore & corde
nostro Deus esse voluit. Dimitte nobis debita
nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si
enim